



**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.  
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

De Sanctorum Festiuitatibus Anni totius, & aliis solemnitatibus - Opvs  
Novvum, Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue] Scriptoribus  
plenißimum, cum occurentium fidei controuersiam tractatione .... Editio  
Qvinta. Nvnc Demvm Integre Svppletæ, Concionibvs Per Octauam Vener.  
Sacramenti ...

**Besse, Pierre de**

**Coloniae Agrippinae, 1629**

In Festo Exaltationis Sanctæ Crvcis.

---


---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56262](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56262)

argenteum, gemmas, imo & animalium pelles conferrent. Mysterium hoc fuit & prognosticon, gloriosissima Virgo, ac meritum tuorum magnitudinis quodammodo presagium: ut enim tu in verum Ecclesie tabernaculum destinata es, ita declarare voluit Deus, omnes sanctissimarum quarumlibet creaturarum perfectiones in tuis finiendas, & Sanctos omnes, qui te praeceperent, de suis virtutibus aliquid ad tuarum perfectionem & complementum collaturos. Adeo ut fidelitate Sara, pulchritudine Rebecca, humilitate Abigail, fortitudine Iudith, & gratia fueris Esther.

E nativitate tuae felicitate de caeteris vitae tuae mirabilibus licet presagire: tibi namque Deus huiusmodi privilegia & gratias contulit, quae numquam ulli alteri collatae sunt. Conceptio siquidem tua sine peccato originali, natiuitas gratia & vitae sanctitate plena fuit, & praeter haec, ipsa Dei matris dignitas, quae tibi collata, verum esse ostendit, quod angelus tibi praedixit, inter caeteras scilicet te mulieres, imo & creaturas omnes benedicendam. O Virgo decus mundi, hominum beatitudo, Angelorum gloria, peccantium patrona, atque omnis misericordiae Mater, pro nobis, obsecro, iam intercede, iram Dei nostri mitiga, nos patri illi reconcilia, furorem illius compesce, & castigationis fulmina manibus illius excute, utque natiuitatis tuae hic festum celebramus, fac obsecro, ut post mortem gloriae tuae favorem sentire mereamur, ad quam Patre, & Filio, & S. Spiritu ducente vrinam aliquando pervenire, contingat, Amen.



## IN FESTO EXALTATIONIS SANCTAE CRUCIS.

Partitio.

1. De S. crucis veneratione.
2. De eiusdem maiestate figuris expressa.
3. De eius exaltatione multiplici.
4. De verbis illis: Omnia traham ad meipsum.

Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Ioan. 12.

### FIGURA.

SI veteris legis sacerdotes magna observantia & cultu in sanctuario iuxta arcam Testamenti suspenderunt enses, quo Goliath Gethxo ceruicem David adolescens, praeciderat, iavolutum post Ephod, ut ram illustris facinoris instrumentum trophaeum quodammodo foret & perpetuum tum generositatis Dauidicae, tum gloriosissimae de Philisthis relatae victoriae monumentum: ecquid ergo mirum, Redemptoris crucem, qua ille mortem mori coegit, ac diabolum subiugavit, hodie tanto cultu & honore exaltari velut magnitudinis ac potentiae Iesu Christi, illiusque triumphorum, ac de universo mundo subacto victoriarum signaculum, trophaeum ac monumentum? illustris & multis digna verbis materia est: verum ut ipse eam deducere, & vos audire digni reddamini, more solito caelo auxilium aduocemus, cor sursum extollamus, genua vero deorsum submittamus, quo Spiritus Paraleti opem imploremus, idque pio Virginis gloriosissimae interuentu & patrocinio, quam hanc ob causam Angelica voce compellabimus

### AVE MARIA.

Admirabile sanctissimae, sacratissimae, & maxime venerandae crucis signum, adeo illustre, regium, mysticum, mirabile ac regifi-

Aaaa 2

I.  
Signum crucis ab omnibus gentibus cultum.

cum

cum in seipso est, ut permultæ gentes nescio quo occulto pulzæ motu aut instinctu summo id cultu affecerint, & maximè opere, etiam longo ante tempore, quam in orbem Redemptor aduenisset, honorariar. Arabes namque astrologiæ laude inclyti, & quorum omne studium in cœlorum motu, reuolutione, cursu, actione, influxu indaganda situm erat, inter omnes figuras, imagines, symbola, quæ vel faxis aut metallo insculpebant, crucis figuram imprimis magni faciebant, & ceteris præferebant, ut quidem Marsilius Ficinus auctor est.

Marsil. Ficinus. lib. de triplici vita.

Non minoris apud veteres Ægyptios estimationis erat: antequam enim characterum ac litterarum notas adinuenissent, & calamis ad scribendum vterentur, varias rerum variarum figuras, ut arborum, animalium, lapidum ac mineralium, aliasque plurimas exculebant, quas hieroglyphicas nominabant. Sed in his primum cruci dabant locum, qua vel vitam, vel salutis spem exprimebant. Hinc carissima illis erat, & in summi honoris signum magni Dei Serapidis pectori ab ipsis solita insculpi. Vnde Rufinus in Ecclesiastica sua historia: *Signum Dominica crucis inter illas, quas dicunt Ægyptias, id est, Sacerdotes litteras habere Ægyptii dicuntur, velut unum ex ceteris litterarum, qua apud illos sunt elementis: cuius littera seu vocabu i hanc asserunt esse interpretationem, Vita ventura.*

Lib. 2. c. 29.

Idem refert & Socrates, & addit, templo Serapidis, quod primarium Ægyptiorum erat numen, diruto, inter rudera & veteres substructiones, lapides quosdam characteribus insculptos repertos, qui crucis figuram repræsentabant, quam apud Ægyptios summo in honore, & vitæ ait fuisse symbolum. Simile quid refert & Petrus Criturus.

Lib. 3. hist. cap. 17.

Erant hæc præfagia ac velut signa præambula honoris & reuerentiæ, quam sanctæ huic & ter venerabili cruci olim vniuersalis redditura erat Ecclesia, eo quod salutis hæc humanæ cœlorum reserationis, publicationis pacis, remissionis delictorum, & totius mundi redemptionis fuerit instrumentum. Præit hic mihi Apostolus Paulus dicens,

Lib. 8. de honesta disciplina.

*Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui gratificauit nos in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius, & remissionem peccatorum.*

Uti quod dico verum esse comprobetis, ipse Dei Filius, supremus Dominus noster, Crux regni sanctam & admirabilem crucem suam in Ecclesiæ medijs Ecclesiæ castris, velut regium quoddam vexillum erexit, crucem inquam gloriosissima carne sua consecratam, & pretiosissimo sanguine irrigatam. Vt sic euident fiat, eam solam esse ductricem, & candidum vexillum, sub quo omnes Dei seruos ac milites generose decetate oporteat: esse fidelium insigne, Christianorum omnium aquilam, ac regium Ecclesiæ signum: esse terrorem gentium; idolorum ruinam, bonorum securitatem, peccantium solamen, hominum simul & Angelorum gloriam, hæreticorum confusionem, ac dæmonum formidinem.

Sanctus Hieronymus in hæc Ezechielis verba, *Signa Thau super frontes virorum geminum atque doletium*, scribens, ait sane perquam curiosè, litteram hanc *Thau* Hebraico insertam alphabetho, olim apud priscos Rabinos crucis imagine ac figura exprimi solitam, addit insuper, Sacerdotem Efdram è captiuitate Babylonica reducem, veteres characteres aboleuisset, & novos adinuenisse, ne Hebræi & Samaritani in litterarum characterumque efformatione coinciderent, & ut vtrorumque scribendi ratio diuersa foret.

Cap. 9. Ezech.

Quin imo Chassanæus historicus insignis, *Thau* ait signum ac veluti vexillum vniuersi populi Israel fuisse, vti Romanorum aquila. In huius rei figuram mundi Redemptor discipulos suos per vniuersum orbem Euangelium diulgaturus emittens (ut olim prædixit Isaias) inter cætera hoc illis iniunxit dicens, *Super montem caliginosum leuate signum, exalate vocem, leuate manum*, id est, per vniuersum orbem infidelitatis tenebris ac caligine oppletum prædicare non minus opere, quam verbis quasi diceret, Non verbis modo prædicare, nec satis sit etiam doctrinam operibus manuum, id est,

Chassanæus historiographus.

Isai. 13.

est, miraculis confirmasse, verum etiam crucis signum extollite, ipsumque apud omnes terrarum nationes gloriosum & admirabile reddite.

Quidquid in cruce Christus cruci attribuitur.

Vere & reapse hæc Prophecia adimpleta fuit. Crux namque adeo gloriosa facta est, tantaque afficitur veneratione, vt quidquid in eadem Christus est operatus, omnes quos per eandem comparauit thesaurus, & omnes honorum titulos, quos in eadem nactus est, vni cruci adscribamus, eamque omnia hæc operatam dicamus. Docuit hoc me S. Augustinus, qui non aliter de cruce, quam de crucifixo Christo Iesu loquitur, eique non minus salutis nostræ bonum ac salutem, quam Messisæ attribuit, *Crux*, inquit, *de erroribus nos liberauit; sedentes in tenebris & in vniuersa mortis illuminatione, ac nos Deo coniunxit; & eidem, quem toties delictis & sceleribus offendimus, reconciliauit.*

Aug.

O mirabilia! ô mysteria! Quemadmodum in incarnationis mysterio humana natura in tantum exaltata est, vt propter vnionem hypostaticam, quæ inter diuinam & humanam naturas reperitur, per ipsam idiomatum communicationem quidquid vni conuenit, conueniat & alteri, & propter admirabilem hanc communionem humana natura adeo extollatur, nobilitetur, ac potens fiat, vt quamuis è seipsis nihil omnino sit, omnino nihilominus attributorum, titularum, qualita cum ac perfectionum diuinarum participes, quin imo Deus, Saluator, Creator, Omnipotens, summe bonus, summe in finitus dicatur, aliisque diuinis nominibus donetur: Non aliter, etiam in mysterio passionis, sacra Iesu Christi crux, propter eximiam illam eius cum filio Dei vnionem adeo magna, potens, illustris, inclita, honorabilis, admirabilis, adorabilis, sancta, ac venerabilis reddita est, vt, etsi non nisi rude & impolitur ipsa sit lignum, quin imo infamiae ac probri nota, ad tantum tamen honorem euecta sit, vt quidquid de Christo dicitur crucifixo, quidquid in eius accidit morte, quidquid eiusdem nobis passio representat, ei velut ipsi auctori ascribatur, atque vt crucifixum compellamus, ita & crucem eiusdem salutemus, *O crux aue spes vnica: qua Saluatorem inuocatione, eadem &*

Cruz miri-  
de exalta-  
ta in passio-  
ne filii Dei.

crucem imploremus, & quo cultu vnum, eo & aliam afficiamus. Crux ergo omne Ecclesie decus est, ornamentum & gloria.

Mystico olim Dei ore, in huius rei figuram prædixit Isaias, *Figam illum paxillum in loco fidelis, & suspendent super eum omnem gloriam, vasorumque diuersa genera.* Vt vero manifestum fiat, de quibus Propheta vasis loquatur, exponit Apostolus Timotheo suo scribens, *In magna autem domo non solum sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & stibilia.* Quibus Apostolus verbis aliud non significauit, quam esse Christiani se in regia Ecclesie domo diuersa vasorum omnes à genera, alia aurea & argentea, id est, viros sanctimoniam vitæ illustres & summum perfectionis gradum iam nactos, alia vero lutea & lignea, id est, reliquum Christianorum & fidelium cœtum. Hæc ergo vasa quacumque demum materia constent, à crucis ligno & paxillo dependent: nullum siquidem in Ecclesia vas est, homo nullus, qui non sacra hac cruce opus habeat. Hinc Christiani omnes, & animæ tam sanctæ, quam peccatis infames, communis illius debiti nominibus huic obstrictæ sunt, & tam aurea vasa & argentea, quam lignea & stibilia, id est, omnes, tam perfecti, sancti, pii, quam incipientes & peccatores, à cruce dependent, omnisque ipsorum gloria non nisi à sola cruce procedit. S. Paulo, non mihi credite dicenti, *Mihi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi,* hæc etenim sola gloriæ meæ subiectum. Quod vero de se Pauli, hoc de seipsis reliquorum Sanctorum fuit iudicium, omnes namque mortales cruce indigent & redemptionis suæ felicitatem Augusto & venerabili huic ligno acceptam tertē debent.

Figura sit, quod in Exodo legimus, & deinde ab Apostolo in epistola ad Hebræos repetitum, *Etiam tabernaculum & omnia vasa ministerii sanguine similiter aspersit, & omnia pene in sanguine secundum legem mundantur, & sine sanguinis effusione non fit remissio.* Omnibus hæc ceremonis, vt ostendit Apostolus, aliud non innuebatur, quam non laicos modo & profanos, sed & librum & altare, & omnia vasa ministerii sanguine emundari, id est, verbo vt dicam, non publicos modo & manifestos peccatores pretiosi Iesu Christi sangui-

Exod. 24.  
Hebr. 9.

nis laacro, crucisq; meritis opus habere, verum etiam sanctos & iustissimos quosq; Confessores scilicet, Martyres, Apostolos, & omnes omnino mortales. Magnus ergo crucis est honor, & sublime admodum ipsa cuncta est.

Quamobrem Ecclesia Catholica hæc omnia considerans, & quam ingentibus sit ipsa cruci nominibus deuincta, perspectum habens, solennem illi festiuitatem, sub Exaltationis eiusdem titulo instituit, vt eam tam ob-  
 gen. 2. **II.** **Crux diuer-  
 sumode ad-  
 umbrata.**  
**Gen. 2.** **Principio** ergo sanctissimæ ac sacratissimæ Iesu Christi crucis maiestas, excellentia, dignitas tanta tamque admirabilis est, vt eam iam inde ab orbis primordiis diuersimode in factis Litteris figuratam adumbratamq; conspiciam. Nam in ipso. Genescos limine præstans illa vitæ arbor, in medio paradisi terrestri consistit, crucis arborem mihi representare videtur, quæ Iesum Christum in se ferens, vitæ fructum protulit, & in monte Caluarie fixa, deinde in mundi medio consistit fuit.

**Gen. 6.** Noe arca, mundi reliquias ab insurgentibus diluuii vadis conseruans, crucis mihi etiam virtutem designat, cum per eandem verus Noe mundum vniuersum furibundo æternæ damnationis diluuiio eripuerit.

**Gen. 8.** Inde ulterius progressus, & oculos in viridantem illum oliuæ ramum coniiciens, quem in pacis ac reconciliati cum Deo mundi & aquarum subsidentium signum columba re-  
 gen. 9. **Gen. 9.** **dux attulit, deinde & respiciens arcum illum diuersicolorem in aere promicantem, quem foederis sui cum hominibus esse Deus notam voluit: ipse mihi persuadeo, duo hæc crucis Dominicæ symbola fuisse: quæ vt egregia quædam oliua, pacis nostræ signum fuit,**

ac testimonium irati numinis furorem pactum esse, & velut admirabilis quædam iris, foederis & reconciliationis inter Deum & homines, inter creatorem & creaturas iniuncta tessera.

Progredienti porro longius, & propius **Gen. 11.** intuenti tum lignum sacrificii Abrahamicum, **Gen. 12.** tum scalam Iacob, tum etiam baculum, in quo Iordanem fluuium transtuladavit, denique etiam **Gen. 31.** Mosis virgam, ilico in mentem venit, **Exod. 4.** hæc omnia arboris crucis signa prænantia existitille: quæ modo lignum sacrificii Iesu Christi in eius passione, modo scala in cælum erecta, quo per eandem in cælum ascendamus, modo baculus regis Patriarcharum, quo vadantem tot pœnarum torrentem tranauit, modo denique & virga fuit, quæ peccatorum serpentes penitus deuorauit, & tot est operata prodigia.

Sed nondum hic finis, quo plures comparationes productæ, eo & aliæ plures mihi minus quærenti occurrunt, quæ etiam omnes particularia mysteria representant. Cum enim contemplet periticam illam oblongam serpente æneo in deserto præfixo, lignum item aquas amaras dulcorans, clypeum illum Iosue, funiculum quoq; coccineum de domo Rahab dependentem, torcular illud Gedeonis, curruum Philisthorum, baculum illum Dauidicum, quo colosseum illum Goliadam solo prostrauit, auream illam Assueri Regis virgam, deniq; signum Dei viui, cuius Apocalypsis meminit, non possum, quin credam hæc totidem esse notas, & mystica velut emblemata, ad crucis mirabilia denotanda, vt-  
 1. Reg. 17. **Apoc. 1.** **Crucis elo-  
 gia.** **gæ-**  
 gæ-

Ipsa namque Christianorum spes est, desperantium securitas, in tempestate agencium, & procellis vndiquaque agitatorum portus, agrorum & clinicorum medicina, scelerum effugatio, ad sanitatem recuperandam remedium, mortuorum vita, impietatis proscriptio, blasphemiarum exilium. Crux est imperius aduersus inimicorum rabiem vinbo, regium sceptrum, pulchritudinis diademata, virga potentie, fidei propugnaculum, Senectutis scipio, cœcorum ductrix, & in tenebra caligine versantium lumen. Crux est i-

ghorantium doctrina, paruulorum disciplina, peccati abolitio, poenitentiae exemplum, vitae reconciliatio, mortis solutio, & regni caelestis clauis.

**Cruis Episcopi.**  
Ipsa noctu excubatrix est, interdiu arx & vallum, lucis columna in tenebris, supplicum refugium, amicorum solatium, in tentationibus auxilium, in afflictione suppetiae & fulcrum, in necessitatibus lenimentum, in mari directio, in arumnis ac malis refocillatio. Ipsa imbecillium robur, meticulosorum animatio, laborantium quies, indigorum alimonia, ieiunantium refectio, nudorum vestis & pauperum omnium decus & ornamentum.

**Qualitates Crucis.**  
Cruis rursus viduarum protectio, orphanorum tutamen, minorum tutela, magistratum gloria, sapientium academia, Christianorum Philosophia, Sanctorum omnium Theologia, Angelorum stupor, Regum potentia, militum victoria, Pontificum gloria, Religiosorum professio, Anachoretarum dulcedo, & omne Virginum delectamentum.

O mirabilia! finem non inueniam, nisi vno velur sub falce vniuersa complectendo dixerem, crucem esse totius vniuersi miraculum, terrae benedictionem, rerum publicarum custodiam, regnorum securitatem, Ecclesiae armentarium, esse Scripturarum summarium, legis compendium, prophetiarum finem, sanctorum Sacramentorum scaturiginem, mysteriorum originem, Iesu Christi triumphum, scientiarum & virtutum scholam, & omnium si qua vnquam in mundo euenire miraculorum ac prodigiorum coronidem ac complementum.

**Cruis tabula post naufragium.**  
Cruis denique enatantibus post naufragium tabula est: iustitiae namque originariae cymba diffracta, & ad protolastae peccati scopulos illisa, triste omnes in misero hoc pelago primo patente perente naufragium fecimus: verum Christi crux auxilii tabula est, quae post feralem hanc nauis iacturam & submersionem, ad aestus impulsam agitationemque hinc inde in procelloso hoc oceano iactatis offertur vt ventorum rabiem declinent, tempestates euitent, vitamque in tam praesentiaeco periculo periclitantem in tuto col-

locantes, ad optatum alterius vitae portum enatare queant.

Ad haec, crux scala est, cuius adminiculo in caelum penetremus, caelum quippe sublime erat ac longe distitum, scala proinde quaerenda etiam altissima, per quam eodem homo ascendat. Hanc Deus ipse adinuenit, filiiq; sui crucem scalae huius vsum supplere voluit: cuius imago extiterat scala illa, quam in Genesi **Gen. 28.** conspexit Iacob stantem super terram, & cuius cacumen intra nubium abdita penetrarat. O admirabilis Dei prouidentia & sapientia! dum ex scala, per quam latrones & malefici ac peruelles ad aeternam descendebant mortem, scalam fecit, per quam iusti ad vitam ascenderent sempiternam. Sic enim philosophatur S. Leo: *De instrumento, inquit, quod iniquitas Iudaorum parauit ad poenam: potentia Redemptoria gradum nobis fecit ad gloriam.*

Meminit Genesim arboris cuiusdam mirabilis, quae tum boni, tum mali scientiam gustantibus afferret, & cuius esu primos humani generis auctores prohibuit Deus. Scio arborem hanc mille conceptus suggerere, & anno toto eoncionaturo praebere materiam posse: sed in praesentiarum mihi satis fuerit dixisse, Filii Dei crucem vere hanc scientiae boni ac mali arborem esse: eius quippe adminiculo discimus, perspicueque cognoscimus, quantum sit gratia ac gloria bonum, quam enotme vero sint peccata malum; cum ad illam nobis acquirendam, ab his vero nos eripendos, verbum aeternum in cruce mori, & intolerabiles & grauissimos perpeti cruciatus oportuerit. Quicumque ergo in his materiis perfici ac scientia cupit, perfecteq; & bonum & malum, gratiam ac peccatum nosse, in cruce studeat, & arborem hanc curiose contempletur.

Ecclesiae crucis mirabilia & laudes profecuta, hoc illam modo salutat, *Salua crux sancta, salua mundi gloria; vestra spes nostra vera ferens gaudia signum salutis, salua in periculo, vitale lignum, vitam ferens omnium.* Merito autem lignum vitae appellatur, vere namque arbor vitae extitit, non in medio paradisi terrestri consista, sed in mundi medio. Patres vero veteres, vti Cyprianus sermon. de resur-

Cruis scala caeli.

Gen. 28.

Lib. serm. 4. de passione.

Cruis arbor scientiae boni ac mali.

Hymnus Ecclesiae in laudem crucis.

Lib. 10. c. 6. & 7.  
Hom. 83. in  
Ioan. c. 19.

resurrectione, Epiphanius libro de hæresibus, sanctus Augustinus sermone 71. de Iac immolatione, S. Chrysostomus in homiliis in Ioannem, aliique plurimi, omnes hi inquam Patres tam Græci quam Latini docent, crucem sanctam, admirabili quadam Spiritus sancti providentia, protoplastæ Adami sepulchro impostam esse, atque exinde montem Caluarie esse appellatum, eo quod generis humani caput ibidem esset loci tumulatum, ut unde mors oribat, inde vita resurgeret. Et primum caput ex arbore vitæ vetitum fructum comedens, nos omnes infecit, & in peccati abyssum deiecit; ita secundum Redemptoris nostri caput, excellenti arbori crucis se coniungens, nos ad se pertraxit, vitæque nobis fructum attulit.

Crux arbor  
vitæ varias  
ob causas.  
Ioan. 14.

Ceterum varias ob causas crux vitæ dicta est arbor. Primo ob fructum, quem in se tulit, Iesum Christum inquam, qui vera est vita: utpote qui de seipso asseruerit: *Ego sum vita, veritas & vita*. Secundo propter effectus, eo quod vitam reddat iis, qui eandem amiserunt: quo referri queat illud è Prouerbiis, *Lignum vitæ est bis, qui apprehenderunt eam*. Venim arbor in paradiso plantata virtutem habuit vitæ in hominem transferendæ, qui immortalitate alias perpetua non florisset: sic noua hæc arbor, sacra inquam crucis arbor, vitæ nobis restituendæ potestatem habet. Tertio eo quod vitam nobis conferuet. Figuræ loco fit, quod vidisse se Ioannes dicat arborem vitæ iuxta aquas consistam, & duobus fluuiis interiectam. Erat hoc verum crucis emblema, quæ vera vitæ est arbor, prope tormentorum, peccatorumque aquas sita, & inter duos fluuios, id est, vtrumque testamentum media: prædixerunt namque eam Prophetæ, agnouerunt Apostoli; tum vero quod legem quoque simul & Euangelium complectatur.

Mirabiles  
Dei inuen-  
tiones.

Eia ergo, Christiani auditores, animos cogitationesque sustollite, & cum hæc auditis verba, *Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit: notas facite in populis aduentiones eius*. Arbor quæ infamie mortisque esse solebat occasio, diuinitus eius natura immutata, gloriam nobis ac vitam vice versa attulit. Dicit mihi obsecro, si quæ in mundo arbor daretur, quæ, cum hæc tenens naturalem pro mo-

Simile.

re fructum tulisset, natura commutata, alium cumque penitus contrarium progerminaret, multi dubio procul ambigerent, eadem num arbor foret, vel forte alia quæpiam, aut saltem, si eandem & non aliam esse certi essent, non mediocriter sane obstupescerent, & notuum hoc prodigium mirarentur. Nec profecto sine causa, nam iuxta Euangelicum testimonium, ex fructu arbor cognoscitur (*à fructibus eorum cognoscetis eos*) Exempli causa, si quem rubum, non nisi spinas aut situlestres baccas proferre solitum, videas subito, nobiliori assumpta conditione, poma aurea & cidonia ex se vulgo progignere; an non æterni stuporis hoc causa foret & occasio?

Ecce porro, ut arbor crucis, quæ infectum prauumque maledictionis lignum ferre solebat, de qua nimirum in Deuteronomio scriptum est, *Maledictus omnis, qui pendet in ligno*, naturam repente & conditionem exuertit, aliamque assumpserit, ac fructum protulerit penitus contrarium, Iesum Christum videlicet, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Arbor inquam peccati ac mortis in gratia ac vitæ lignum conuersa fit, patibulum ac tibi infamie in pyramidem honoris, columnam triumphalem, ac victoriæ trophæum transferit.

Hinc sancta crux, reorum vnicum est asyllum, tempestate iactatorum portus, & peccantium omnium refugium. Adam peccato commisso, Domini de admissio prævaricationis delicto pœnam deposcentis voce audita, consternatus au fugit, & ut Scriptura testis est, *Sub arbore vitæ, quæ in medio paradisi erat, se abscondit*. Ecquæ hæc fuga, Adame? ecquod subfidium, auxilium, ecquod tutamen, etiam aduersus iratum Deum, expectas, speras, aut tibi sub arboris huiusmodi frondibus fragilibus & caducis spondes? Videtur vero iam tum Deus Optimus Maximus peccantium cordibus inspirasse, sibi ut persuaderent, proprium ad vitam sibi tutandam & conseruandam locum fore, ad arboris crucis pedem se coniecere, utpote quæ vera vitæ est arbor, cuiusque fructus sane perispidus amor est & patientia.

Agar vna cum filio Ismaele è domo herili profuga, & per desertum vagans, cum ad si-

Matth. 7.

Deut. 21.

Crux hono-  
ris pyramis.

Gen. 3.  
Allegoria.

Gen. 11.

Allegoria.

Consolatio  
omnis ad  
omnis pedē  
rescitur.

1 Reg. 19.

Humane  
quies ad  
crucis pe-  
nem.

Crucis lau-  
des.

sim restinguendam aqua non suppeteret, vi-  
so filium præ sui prope emori, dolore & tri-  
stia tantum non extra mentis statum rap-  
ta, ad arborem filium abiecit, dicens: *Non  
vid. bo morientem puerum*, atque ita paulu-  
lum à prole recedens supplici Deum prece  
inuocat, sui ut commiseratione tangeretur,  
cui exemplo apparens Angelus ait, *Noliti-  
mere, exaudient enim Deus vocem pueri de loco,  
in quo est.* O egregium & admirabile myste-  
rium! vultusne, auditores, à Deo obtinere  
misericordiam? eumne vestri misereti? à Do-  
minica cruce nolite recedere, sed eidem po-  
tius affixi adhærescite: ad hanc namque  
mortis euadetis discrimen, ibi sitim restin-  
guetis, & Angelica consolatio affulgebit.  
Quod autem Ismaelis pueri ad arborem ex-  
positi vocem non vero matris ab arbore lon-  
gius recedentis planctum Dominus exau-  
ditur, in eo docemur, quantum homo me-  
reatur ad sacræ crucis arborem gemens &  
plorans, ad hanc namque supplicationes no-  
stræ ac vota exaudiuntur, ad hanc afflictio-  
nibus datur auxiliū, hic animæ quies paratur.

Elias Propheta dum impiæ lezabelis per-  
secutionem & rabiem fuga declinat, & iam  
fugitando defatigatus sub umbra iuniperi se  
reclinat, quietis paululum captaturus, ecce,  
ut sacra narrat historia, eo loci alimentum  
refocillando corpori reperit: nam dum forte  
fortuna circumspicit, ecce ad caput suum *subci-  
neritius panis, & vas aquæ.* An non igitur ipsi à  
mundo oppressi, & ab inimicis undiquaque  
exagitati ad sacram hanc crucis arborem  
confugiemus, ut ibidem loci aliquam in an-  
gustijs & ærumnis quietem, in necessitatibus  
maximis recreationem & nutrimentum in-  
ueniamus? Nihil quippe sub hac deest arbo-  
re, ibi securitas, ibi quies, ibi mentis refectio,  
ibi omnis felicitas, omnis denique beatitas  
habetur.

O igitur fructuosum & perutile lignum! ô  
arbor, salutaris, ac beata millies! tu nempe  
Regis Regum solium fuisti, tu ara, in qua  
maximum omnium oblatum est sacrificium,  
tu theatrum, in quo funestissima, sicubi im-  
quam vlla, exhibita est tragedia, tu arena &  
palæstra, in quo cruentum hoc inter tartarum  
& mundum certamen certatum est, tu

*Bessai tom. 3. de Sanctis.*

denique iustitia pegma, in quo mors vitam,  
diabolus tyrannidem, peccatum malitiam,  
dominium caro, insecrationem suam denique  
mundus amisit.

Hanc ob causam crucem Dei filius potis-  
simus delegit, ut in ea generosissima qua-  
que facinora sua operaretur, iisque eandem mori vo-  
consignaret, in ea pugnando mori & mo-  
luerit. Cur in cruce Christum  
Quoniam vero diabolus è superbia & magna  
sui præsumptione erigere voluerat coruua,  
seque efferte, ac velut Deus haberi, Iesus Chri-  
stus è contra summa cum humilitate & abie-  
cte admodum descendere & deijci consti-  
guit. Et sane deiecit se, dum summo cum de-  
decore in cruce expirare voluit: tum tem-  
peris namque crucis supplicium, Iudæorum  
ex sententia, probrosum & contemptibile  
erat quam maxime, atque hinc furore & ra-  
bie conciti, & odio grauissimo in Saluato-  
rem acti, illud sapientiæ identidem inter se  
aiebant, *Morte turpissima condemnemus eum.*  
Et Apostolus cum de Christi humilitate  
scripserit, *Humiliauit seipsum, factus obediens  
usque ad mortem, sufficere id eidem exprimendæ  
non putauit, nisi velut omnium probro-  
sissimum adderet, mortem autem crucis.*

Cur in cruce  
Christum  
luerit.

*Sap. 1.*

*Phil. 2.*

Secunda; mori idcirco Dominus in cruce  
voluit, ut ratione ad delicti nostri reparatio-  
nem aptissima & conuenientissima pro no-  
bis omnibus satisfaceret. In ligno paren-  
tes nostri peccarant, æquum ergo & di-  
gnum per omnia erat, ut, sicut in ligno com-  
missa erat offensa, altero in ligno, cruce ni-  
mirum, pro eodem Redemptor Iesus satis-  
faceret. quo respiciens Apostolorum Prin-  
ceps ait, *Peccata nostra ipso pertulit in corpore  
suo super lignum crucis.* Idcirco etiam in  
præfatione canit Ecclesia, *ut qui in ligno vin-  
cebat, in ligno quoque vinceretur in monte Cal-  
uariæ.*

*1. Pet. 2.*

Tertia; crucem potissimum delegit mor-  
tis suæ palæstram, ut hoc pacto figuras om-  
nes adimpleret, & quæ iam inde à mundi ini-  
tio prophetiæ ac yaticinia præcesserant, vera

*Num. 21.*

*Gen. 22.*

Bbbb

fuisse



fuisse comprobaret. Serpentis scilicet ænei e-  
rectionem in deserto, sacrificium Isaaci, im-  
molationem Agni Paschalis, vaccæ rufæ ho-  
locaustum, aliasque figuras clarissimas: vt  
de prophetiis nihil dicam, quas omnes ad-  
impleuit, ac vere se signasse ostendit, dum in  
ligno crucis expirat, iuxta id Psalmographi:  
*Pe iustificatus in sermonibus tuis, & vincas cum  
iudicaris.*

*Psal. 50.*

In cruce  
mori Re-  
demptor  
voluit, vt  
patientiam  
mos edoce-  
ret.

*Thron. I.*

Quarta & vltima, tanta cum infamia, cõ-  
fusione, cruciati, ac doloribus in cruce ani-  
mam ponere voluit, vt suæ nobis patientiæ  
exemplo præiret, & eiusdem edoceret exer-  
citiū, simulq; animos adderet, ad, si quan-  
do Dei honos agitur, omnia in hoc mun-  
do aduersa summa cum constantia & intre-  
pide subeunda. Hinc neminem nostrum non  
hisce Prophætæ verbis compellat, *O vos om-  
nes, qui transitis per Siam, attendite & vi-  
dete crucem, si est dolor sicut dolor meus,* ac  
proinde similis patientia meæ. Et profes-  
cto vereor, ne vestra ipse patientia vicif-  
sim abutar tamdiu primæ huic parti dicendo  
inhærens, hinc canam receptui, & ad alte-  
ram dilabar.

*III.*

Hodie ergo, Auditores, crux exaltatur, &  
ad exaltationem eiusdem extollitur & exal-  
tatur humanitas in terra iacens, crux exalta-  
tur, ac diaboli fastus & insolentia deprimi-  
tur; hodie Saluatoris erigitur vexillum, regia  
potentia, victoriarum signum, Apostolorum  
gloria, Prophetarum speculum, Martyrum  
corona: hodie crux exaltatur, atque ideo le-  
sus Christus adoratur, vt Dei filius agnosci-  
tur, terra tremit, petræ diffunduntur, monu-  
menta patefunt, mortui ad vitam redeunt,  
sol deliquium patitur, caligo densissima orbi  
incumbit, & maxima & inaudita in aciem  
prodeunt prodigia.

Ad crucis  
exaltatione  
Iudaismus  
& Gentili-  
tas euane-  
re.

Hodie inquam crux exaltata est, & Iuda-  
ici ritus ac cærimoniarum abrogatæ, ethnicæ ac  
gentiles superstitiones proscriptæ, fabulosæ  
deorum genealogiæ euanuerunt, & verus Dei  
cultus & adoratio locum inuenit. Crux exal-  
tata est, & vmbre typicæ figurarum elimina-  
tæ, veritas edocta, Sacramentorum realita-  
tes institutæ, simulacta comminuta, idola  
euerfa, diaboli perterrita, animalium sa-  
crificia abolita, veteres ritus & monumenta

suam amiserunt visum. Crux exaltatur, &  
ecce Ecclesiæ construuntur, altaria sanctifi-  
cantur, campanilia eriguntur, Sacramenta  
conferuntur, & verbum Dei toto annuntia-  
tur orbe.

Verum crux hæc est secundum quatuor *Crux exal-*  
mensuras & dimensiones, quatuor orbis *tata secun-*  
partibus adaptatas, exaltata. Primo quoad lon- *dum quatuor*  
gitudinem, ad designandam scilicet patientiam *dimensiones.*  
& longanimitatem Dei in peccatorum  
pœnitentia expectanda, iisque tempore quo  
respiciant, & ad mentem redeant indulgen-  
do, vt testatur Isaias dicens: *Expectat Domi-*  
*mus, vt misereatur vestri, parcens vobis.* Atque *Isai. 30.*  
hanc ob causam passim in sacris litteris lon-  
ganimitas & patientia velut sorores coniun-  
guntur, & Psaltes inter alia Dei nomina, *lon-*  
*ganimitatem, & multum miseri ordem* nuncupat; *psal. 102.*  
longanimitatem inquam ad puniendos delin-  
quentes, longanimitatem ad illorum pœnitentiam  
expectandam, sed ad miserendum quam  
promptissimum.

Secundo, etiam quoad latitudinem crux *Crucis lati-*  
exaltata est; vt hoc pacto Christi in eadem *tudo signifi-*  
morientis amor maximus, & latissimus, & *cat lacum*  
immensus, tum erga amicos, tum inimicos Christi *immensus*  
erga Iudæos simul & Gentiles, tam in pec- *Christi ca-*  
catores, quam iustos, denique omnes vni- *ritatem.*  
uersum homines designaretur. Testatur hoc  
ipse, dum sic apud Ioannem loquitur: *Mai-*  
*orem hac dilectionem nemo habet, quam vt ani-*  
*am suam ponat quis pro inimicis suis.* Immen- *Ioan. 15.*  
sam hanc dilectionem in cruce ipse Dei fi-  
lius nimis quam liquido spectandam dedit,  
in qua vere pro peccatoribus, quos habe-  
bat inimicissimos, vitam exposuit. Alio  
item loco ad eandem nos charitatem inui-  
tans, Patris sui nobis exemplum ob oculos  
proponit, solem suum ortiri facientis tam lu-  
per iniustos quam iustos, & æquali portio-  
ne suam omnibus in genere creaturis sine  
acceptatione personarum amorem com- *Matth. 5.*  
municantis. Et profecto, qui in cruce elu-  
xit, Christi amor latissimus fuit & amplissi-  
mus.

Tertio loco, crux exaltata fuit in altitu- *Crucis alti-*  
dinem, iter vt nos cælum versus edoceret; *tudo signifi-*  
per eam namq; eodem ascendimus supra sca- *iter cælum*  
la est, per quam eodem penetramus, quam *versus.*  
que

que in ea erigi Christus voluit, ut manifestum fieret, se esse, qui eo anima nostras introducebat, & inde omnia ad se pertraheret, ac vi quodammodo rapiebat, si credimus iam olim dicenti: *Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum*, periade ac si diceret, Animas in gloria, corpora in immortalitatem inducam, & prædestinatos omnes ad salutem & vitam æternam pertraham, *Omnia traham*, id est, omne hominum genus, Iudæos, Gentes, Græcos, Latinos, etiam homines maxime barbaros. *Omnia traham*, capitis inclinatione, brachiorum extensione, lateris apertione, pedum fixatione, & manuum perforatione; hanc nempe ob causam eas aperui, ut ostendam dare me facile; conligi volui, dare misericorditer, & perforari suavi, dare liberaliter.

Crux denique profunditate exaltata est; æt hinc iudiciorum Domini abyssus, inuentionum eius inæstabilitas, conceptuum arcanum, & mysteriorum obscuritas liquido pateat. Quatuor ergo hæc proportionales ac dimensionales designant, quatuor orbis limites & plagas crucis, huius participes fieri; summitatis quidem beatos, partis infimæ animas purgatorio expiandas, & duorum laterum iustos simul & peccatores in mundo agentes. Ad dextram & alios conceptus, summitas crucis Iesu Christi adumbrat obedientiam, pars ima humilitatem, latus dextrum misericordiam, sinistrum eius indicat patientiam. Ergo exalta i sic voluit, ut inueneretur, agnosceretur, adoraretur, & eo ab omnibus amore diligeretur, quo ceteros ipse diligebat.

Eusebius Emiffenus de crucis exaltatione agens, non aliter Christum fecisse ait, quam profligatis inimicis duces & imperatores, quibus satis non est victoriam propalari, triumphos carmine decantari, & præclare gesta ab omnibus passim celebrari, nisi insuper eorum plagæ ac vulnera, & acceptæ bello cicatrice omnium oculis pateant. Iesus Christus namque magnus ille regum Rex, non diuinitatem modo suam, & humanitatem adorari colique voluit, victorias offerri, & sua stratagemata & inuentiones admirabiles de prædicari; sed & eru-

cem suam exaltari, passionem representari: mortem immortalis præconijs celebrari, plagas semper in hominum memoria conseruari, & quidquid nostri causa fecerat & tulerat, in Ecclesia sua recoli & festiuitate annua solemne esse voluit: in primis vero, ut crux summo ab omnibus honore & cultu afficeretur, atque hoc hodierna festiuitas nobis sub eximio festoque sanctissimæ crucis exaltationis titulo representat.

Cum igitur iuxta materiam pro crucis: *Crux di-* huius exaltationis dignitate & exaltate sty-uerfimode lum cupio, crucem hanc diuersimode sam-exaltata. moperere exaltatam eomperio. In primis ergo mirifice exaltata fuit, quod eam Christus Dominus honorarit, dum illam velut regis suæ dignitatis thronum selegit, in qua regnare voluit; seque exaltatum esse ait, cum eidem asigitur, *Ego si exaltatus fuero*. Reges quoque nonnulli eximios ac superbos quosdam thronos cõstruxere, quos cathedras, sedes & tribunalia regnorum vocitarunt. Sic de Assuero in libro Esther legitur, *Ille autem Esther 16. sedebat super solium regni sui, inducus vestimentis regis*. Ante de Salomone dictum est, construxisse illum thronum eburneum, auro purissimo conuestitum, atque hunc e mundi miraculis fuisse, *ut non sit factum tale opus in vniuersis regnis*. Tandem ipse regum Rex in mundum veniens crucem in sedem regalem delegit ac regni solium. Vnde Psalter sic de eo canit: *Dixite in gentibus, quia Dominus regnauit à ligno, & in ligno*: sic namque legit S. Augustinus & alij plurimi; quam etiam lectionem confirmat Ecclesia, dum canit: *Impleta sunt que concinit David fideli carmine, di. ans: In nationibus regnauit à ligno Deus*. Cæterum David & Ecclesia per lignum hoc S. Redemptoris crucem accipiunt, quam Dei filius in regni, & imperij solium delegit.

Secundo, Christus crucem exaltauit, cum eam sic honorauit & condecorauit, ut quæ ante maledictionis, opprobrij, & confusio- nis apud mundum, & malefactorum infamie erat occasio, modo theatrum honoris & gloriæ facta, supra Regum & Principum vertices elata sit, & eodem latræ adoretur cultu, quo Deus ipse. Magis sane &

Crux eolatriæ cultu adoratur quo Deus. Ezech. 17.

altius effert non poterat, neue eius maiestas euchi sublimius. in quo mysticum illud Ezechielis prælagium completum fuit dicens: *Et sicut omnia ligna regionum, quia ego humiliavi, nunc, ubi me, & exaltavi lignum humile: & siccaui lignum viride, & frondere feci lignum aridum.* Quem locum Diuus Hieronymus Christo affixo cruci adaptat, in qua videlicet Satanæ regnum dissipatum est, & Christi imperium confirmatum. Crux erat haud dubie arbor arida, lignumque abiectissimum & vilissimum, sed à Iesu Christo mirifice fuit exaltatum, & omnigena viriditate exornatum.

Aug in Psal.

Huic proposito conuenienter, & semper ad crucis præconium, Sanctus Augustinus exponit illum Psalmi versum: *Brachia peccatorum conterentur; & adiungit, A locis suppliciorum crux fecit transitum in frontes Imperatorum, & sceptræ Regum.* Eodem itidem sensu Chrysostomus locutus est: *Lignum, inquit, quod fuit olim vilissimum, exaltatum fuit tempore passionis, cum Christo fuit applicatum, quod tum quidem vniuersum mundi præcium, honorem, splendorem, ac decus in se continebat.*

Chry. ost.

Adit idem auctor crucem hanc in die iudicij mirifice exaltandam, cum in cælo velut regium quoddam vexillum hominum simul & angelorum, & victoriarum à Messia relatarum testimonium ac signum apparebit, quod & ipse Dei filius in Euangelio prædixit, dicens: *Tunc apparebit signum filii hominis in cælo.* Videbitur eadem tunc plena gloria & maiestate, ut olim opprobrio, dedecore, ac vituperio plena visa fuit. Sustinebunt & gestabunt eam tum Angeli ac Seraphini, quæ olim à tortoribus, reis ac maleficis tractabatur, inquinabatur, ac profanabatur. Sublimis denique cõspicienda erit, ut iustis & beatis solatium, damnatis, desperandis ac diabolis terrorem ac ægritudinem animi afferat.

Crux in die iudicij exaltanda.

Crux ethnis ut infamis habitam Romanos, alioquin sapientes, pios, & omni in re vrcunq; religiosos, ut infamiquid, infantum ac ominosum habebatur adeo, ut teste Plinio, canes hi ex eadem su-

Matth. 24.

pendent. cuius fatuæ scilicet perditionis hæc fuit ratio; quod Gallis olim Capitolium elanulo occupantibus, canes quorum erat alatrare, obmutuissent, anferes vero clagore ac strepitu vigiles excitassent: hinc populus ille in canes irator, eos ut prodicionis inrempu. & perfidiz reos in furca enecabat. Suidas quoque ad confumandum qua abominatione Gentiles crucem detestarentur, docet, Athenienses eius in sepulchro, qui in auspicato defunctas esset fato, aliquod crucis depingere genus solitos, velut euidenter infortunij & nefastæ abominationis notam. Hodie vero signum honoris est, à Christianis adoratur, & id Christus ipse à plebeo & obscuro nobilitauit, & è profano diuinum penitus reddidit.

Crux ethnis ut infamis habitam

Terzio, ipse mundi Seruator crucem adeo exaltauit, eam ut prope diuinam effecerit, & hominibus iuxta & Angelis vt adorabilem proposuerit. Sic inter Apostolos Andreas crucem velut sanctum quid salutat, complectitur, adorat, omnemque illi honorem & cultum defert. Paulus quoque in epistola ad Galatas crucis gloriam omnium terum mundanarum gloriæ præfert, honoribus inquam, dignitatibus, regnis, & opibus affluentissimis, & ait: *Mihi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.* Vt enim Redemptor totam humanitatem suam diuinam plane reddidit, eum eam sibi vniuit, ita suo etiam modo crucem diuinitate beauit, cum in ea fixus & in eam sublatus est.

Plin. lib. 17. g. 26.

Quarto, crux non parum exalata fuit, cum per eandem Christus omnia ad se attraxerit, uti & ipse olim prædixerat apud Ioannem prælagus: *Ego si semel exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum.* Per crucem namque filius Dei omnia ad se pertraxit, omnia superauit, & ad se rapuit, & totius vniuersi se dominum ac principem constituit.

Hinc mox ut de cruce depositus fuit, sibi de victoria relata ac hostibus subactis, quodammodo congratulatus, ait: *Datus est mihi omnis potestas in cælo, & in terra.* Quin & Paulus Apostolus, eum multis eius patientiam & humiliationem ad usque mortem

Crux à S. Andrea adorata.

Crux omnia ad se attraxit. Iohan. 12.

tem crucis exaggerasset, eam eiusdem exaltandi & magnitudinis ac gloriæ comparatâ causam fuisse mox asserit: *Propter quod, inquit, exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen.* Per crucem igitur omnia ad se pertraxit; per illam namq; Tartaro insultauit, mortem pedibus subegit, diabolos terrefecit, infideles conuertit, Philosophorum ora obturauit, Monarchas humiliat, tyrannis est dominatus, idola ad terram deiecit, denique de vniuerso mundo luculentissimam victoriam retulit. O bella noua & nunquam audita! ô victorias penitus admirabiles! Exclamem ergo cum Apostolo Gentium: *O altitudo diuinarum, apertitia ac scientia Dei!*

Libro Jud. cum scriptum est, Deo à tyrannica Sis. re seruitute Hebræos vindicante, in tanti beneficii agnitionem ac gratitudinem, Deboram & Barach præ gaudio in canticum ac iubilos prorupisse, & inter alia hæc canticum verba inseruisse: *Audite reges, auribus percipite principes: & quamobrem? noua bella elegit Dominus, & portas hostium ipse subuertit.* Opera cœlestia, & admirabiles Dei effectus, noua bella, & inaudita prælia nuncupant, & quoniam Sisaram Regem sœminæ Jahelis dextera confecisset, hanc eiusdem cladem & internecionem suorum nouam bellandi rationem vocitant.

In solita & inaudita hæc loquendi ratio proposito nostro egregie deseruit; & nemo non opera Dei confiderans, dicere iure meritoq; potest: *Noua bella elegit Dominus, Tubarum sono, non tecus ac balistis, carapulis & sclopetis, muros Jerichuntinos solo deiecit, virga Mosaicâ Pharaonem & vniuersos Ægypti Principes consternauit; alia mandibula plurimos Philisthæos confecit; per imbellem & rudem omnium pastorem, Goliadam euertit eumq; vita exiit.* Quod vero omnium est maxime admirandum, ignominioso & probroso crucis ligno vniuersum subiecit, imperioq; suo subegit orbem. Quam David victoriam demeritus exclamat: *Dominus regnauit, exultet terra lætetur insula multa.* E quo loco, vt Tertullianus lib. 3. contra Marcionem Sanctus Ambrosius iam Epistolam ad Corinthios, Augustinus in Psal-

mus 96. & Iustinus Martyr Dialogo contra Tryphonem docent Judæos pro sua nequitia, non à ligno erasisse, quod originale Psalmi huius præferebat, sit verisimile, vt hoc pacto crucis mysteriorum euerterent, & quæ de eodem sunt testimonia ac loca, aut penitus ex hominum memoria tollerent, aut interpolarent.

Quinto, summopere exaltata crux fuit, quod ipsa potissimum à Deo electa fuerit, quæ mundi redimendi instrumentum foret. Per crucis enim adminiculum peccatores redempti, à Deo æterno, quem offenderant, reconciliati sunt. Hæc Diui Pauli doctrina est ad Ephesios scribentis, *Per crucem interficiens inimicitias in semetipso.* Quibus Apostolus verbis insinuare vult, Christum Dominum ea quam in cruce subiit morte, omnes quæ Deum inter & hominem intercedebant, inimicitias, & odia grauissima dissoluisse. Et ad Colossenses scribit: *Pacificans,* supple Christus, *per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, quantum ad homines, siue quæ in caelis sunt, quantum ad Angelos.* Quorum inter se societas ac necessitudo per passionem reuoluit; eo quod iusti per Christum redempti, in Angelorum societatem communionemq; velut coæquales, & eiusdem iuris, admissi sunt.

Apud sapientem locus est, qui proposito nostro mire quadrat, in quo de Arca Noë Sapientis loquens sic scribit: *Benedictum est lignum, per quod sit iustitia:* quæ verba potiori iure de sancta cruce repetere fas est; quod in eadem & per eandem insignis facta sit iustitia; utpote cum genus humanum à captiuitate sit diabolica, qua tyrannice premebatur, vindicatum, & summo cum honore in pristinam restitutum libertatem. Significauit & hoc ipse vitæ ac veritatis fons Christus, iam morti proximus, dicens: *Nunc iudicium est mundi, nunc princeps mundi ei iur forms.* perinde ac si diceret, iam dudum est quod mundus pessime habeatur, quod eius possessionem diabolus inique ac præter fas & æquum violenter detineat; iam his læe dirimenda, iam controuersie huic finis imponendus, & secundum mundum sententia pronuntianda.

Crux à Deo electa, vt esset instrumentum nostræ redemptionis. Ephes. 2.

Col 1.

Sap. 14.

Ioan. 12.

legitimo illum Domino ac possessori alligando; tyrannus, qui præter æquum & malo titulo eum possidebat, iam foras eliminabitur, & omni quo fruebatur dominio, depelletur.

**CruX Christi facta paradisi clavis.**

*Esai. 22.  
Apo. 3.*

Secundo, an non eminenti quadam ratione crux est exaltata, cum paradisi facta est clavis, & vitæ æternæ referatix: Sic namque eam Esaias Propheta nuncupat; apud quem de Messia Pater æternus sic loquitur: *Dabo clauem domus David super humerum eius, & in Apocalypsi leges: Hec dicit sanctus & verus, qui habet clauem David; qui aperit, & nemo claudit, & nemo aperit.* Porro quam humeris Messias tulit clauem, alia non fuit, auditores, quam crux, quæ & cælos referauit, & portas tartareas occlusit. In cuius rei confirmationem erit, quod in crucis præconia effusus scribit Rabanus: *CruX Christi, inquit, clavis facta est paradisi; in cuius figuram velum templi scissum est in Cominica passione in duas partes, a summo usque deorsum ut legitur*

*Lib. de Laud. Scrip. tis.*

*2. part. epist. Martb. 27.*

*Martb. 27.*

*2. part. epist. epist. 10.*

D. Hieronymus hæc omnia etiam habet, sed aliis atque aliis verbis: *Sanguis Christi, inquit, clavis est paradisi; in cuius rei signum dixit ipse Christus ad latronem, cum penderet in cruce: Hodie mecum eris in Paradiso.*

*Lue. 23.*

**CruX diæa virtus & fortitudo Dei.**  
*1. Cor. 1.  
Ibid.*

Septimo, ut tandem ad finem paulatim descendamus, mirum in modum ac sublimi quadam ratione Christi crux exaltata fuit; quod Dei virtus, robur ac potentia facta sit. Hoc namque nomine eandem indiget S. Paulus; *Verbum crucis, inquit, pereuntibus stultitia est, his autem, qui saluis fiunt, virtus Dei est.* Quod autem Dei illa sit virtus & potentia, variis ostendi queat argumentis.

Primo, quod in eadem diabolus debellavit, hominem iniquæ tyrannidi exemerit, mortem eiecit. quo respiciens ibidem loci Apostolus subnectit: *Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.*

Secundo, quod eius adminiculo viri sancti triumphum egerint, generose & inuicta constantia, quæcunque occurrebat pericula, tormenta & aduersitates superarint: quod non sine illustri quadam virtute factum esse, sit verisimile. *Ut enim ait Seneca:*

*Magni animi est iniurias in summa patientia Seneca pati.*

Tertio, per crucem tot tamque illustria plurimæque patrarum constar prodigia, dubitare ut nemo queat, quia magna quædam sit virtus. Signo enim crucis ægri & morbi sanitatem recuperant, cæcis visus, surdis auditus, claudis pedum vsus restituitur, mortui ad vitam redeunt rediuiui: per crucem dæmones pelluntur, Sacramenta administrantur, altaria consecrantur, aliaque mirabilia per eiusdem signaculum peraguntur.

Quarto denique & ultimo, quod vel sola eius memoria potens sit aduersus diabolica tentamenta remedium; & vel crucis Dominicæ animo menteque meminisse aduersus quassatam, & tentationum procella exagitaram animam tranquillare potest. Testatur hoc Origenes dicens: *Tanta est virtus crucis, ut si mente fideliter habeatur, nulla peccati praua lera possit iniuria; sed continue ad memoriam eius totius peccati & mortis fugiat exercitus.*

Quid ergo vobis iam, Christiani auditores, de sanctæ crucis nostræ honore videtur? quid de eius exaltatione? quid de eiusdem mirabilibus aut cogitatis, aut creditis? An non igitur merito mundi seruator dicere potuit, se vbi semel in eandem exaltatus fuerit, omnia ad se pertracturum? *Si semel exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me, &c.* sed quo loco Vulgata nostra legit, *omnia traham;* Græca volumina præferunt, *omnes traham;* omnes nimirum electos ac prædestinatos. Unde efficiamus licet manifesta reprobationis in periculo versari eos, qui Redemptoris sequi vestigia detrectant, ac signum crucis non eo ac per est cultu prosequuntur, quin vero negligunt.

Quamobrem proposito nostro consentaneè in Euangelio Redemptor ait: *Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus.* In huius rei figuram vidisse testatur Ezechiel, Angelo exterminatore obuios quosque neci dante, & sine vlla exceptione in quoslibet sæuiente, eos solos ferientis manum nequitiam sensisse, qui signum Thau in frontibus præferrent: *Thau* porro Hebræorum littera crucis & symbolum & signu.

Crucem nō sequi, signū reprobationis est.

& figura est. Innuere porro mysterium voluit, omnes hæc character non signatos, id est, crucis signum animarum frontibus insculptum non habentes in presentissimo mortis, id est, damnationis aeternæ discrimine versari.

IV. Verba hæc, *Omnia, vel, omnes traham ad meipsum*, etiam alium in sensum trahi possunt, dicens namque Dei filius, se, dum in crucem agendus esset, omnes ad se attracturum significare voluit, electos se omnes ad crucem perducturum, ut vna cum ipso eadem affigantur. Id ipsum & innuit Aposto-

Galat. 6. *Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitis & concupiscentiis.* Notate hic obsecro, *quod qui sunt Christi*, qui enim sunt mundi, vere quidem crucem ferunt, tormenta patiuntur,

Discrimen inter filios Dei & mundi in ferenda cruce. maximo labore conficiuntur, noctu & interdium exagitantur, uti avari, ambitiosi, libidinosi, ac lasciu, qui dirissima grauantur cruce: sed nec carnem, nec vitia, nec concupiscentias cruci affigunt, ut in eadem exspirant; quod tamē omnes filij Dei haud grauate præstant. Exemplo sit Apostolus, qui de seipso ait: *Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo: eadem namque in cruce, quam gestabat, omne peccati, passionum, ambitionis, vanitatis, concupiscentiarum genus, & quidquid mundum aliquo modo sapiebat, affixerat.*

Tertius horum verborum, *omnia traham*, &c. sensus esse etiam hic potest: Hocce beneficium ita meos mihi ipse deuinciam, ut ex amore, & gratanter & sponte ad me accessuri sint, & imitando mihi que obtemperando me secuturi. Hoc item sensu capienda illa

Galat. 6. Lucae verba: *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me*: quasi dicere vellet: Quicumque me diligere querit, meumque se clientem profiteretur, quicumque acceptarum à me gratiarum memoriam conseruat, easque animo assidue recolit, suæ renunciet voluntati, meam amplectatur crucem, & me sequatur.

Si armiger Jonathæ, ut è libro Regum primo colligere est, tanto affectu adeoque libere Dominum est allocutus: *Fac omnia,*

Reg. 14. Moralis factus.

qua placent animo tuo, perge quo cupis, & ego ero tecum, ubicunque volueris, eandem subibo sortem, quo te cumque pericula abduxerint, indiuiduum me comitem habentis. Nec vana aut iactabundi verba: cum eum sit per rupes & presentissima pericula, etiam per medios hostium cuneos secutus. Si fidus quidam seruus hero tam fidum addixit obsequium; nostrum quilibet potiori iure & maiori occasione, eadem mentis constantia, supremo omnium Domino, & animarum Redemptori dicat oportet: *Ego ero tecum ubicunque volueris*, Deus meus, per montium scilicet inaccessa, per inuia rupium imo & in cruce, in morte, & grauissimis quibusque persecutionibus & aduersis, quæ dati aut fingi queunt. Hoc scilicet significat hæc Saluatoris verba: *Omnes traham ad meipsum.*

Omnes, ait, eo quod crucis & redemptio- Beneficium nis per eam facta beneficium omnibus om- nino commune fuit tam paruis quam ma- gnis, pauperibus æque ac locupletibus, non omnibus. minus plebeis, opificibus & triualibus, quam potentissimis regibus ac monar- chis. Egregiam huiusce rei figuram sup- peditat Exodus, *Primogenitum hominis pretio redimes*: quasi dicere vellet: Volo ut omnes filij hominum, cuiuscunque demum status, conditionis, & generis sunt, eodem pretio, id est, quinque siclis, redimantur. O ingens mysterium! Pastoris ouium, ac plebeij filius eodem redimitur pretio, quo patricij & regis quisquam siclis. Denotat mysterium omnes nos æqualiter pariterque siue inopes & triuales, siue potentes aut Imperatores fuerimus, quinque scilicet sacris Seruatoris vuln- ribus redimendos. Atque hoc innunt hæc eiusdem verba: *Omnia traham ad meipsum.*

Beneficium omnium crucis commune fuit tam paruis quam magnis, non omnibus minus plebeis, opificibus & triualibus, quam potentissimis regibus ac monarchis. Exod. 13.

Triplicem interpretationis nullum iam vobis intuli, addam & quartum; *omnes traham ad meipsum*, id est, crucis meæ intuitu & consideratione, promptos eos, audaces & ad omnia malorum, laborum, aduersitatum pœnarumque genera meo nomine subeunda animosos reddam. Vnde Aposto- lus omnes in genere Christianos commo-

Crucis consideratio ad patientiam animam excitat.

acta.

nefacit, vt crucis Dominicae tormenta & dolores ad animum reuocent, ne forte sub graui infirmitatis humanae onere fatifcentes animo deficiant. Audite, quomodo Hebraeos eodem cohortetur: *Recogitate eum, qui talem aduersus semetipsum sustinuit à peccatoribus contradictionem, ut non atigimini animis vestris deficientes.* Nouerat videlicet magnus hic Apostolus, nihil esse ad afflictiones & aduersa toleranda, & hominem ad patientiam animandum, passionis Dominicae recordatione fortius aut aptius. Persuasum hoc sibi quoque D. Gregorius habet, cum scribit: *Si passio Domini ad memoriam reuocetur, nihil est, quod non aequo animo tollatur, &c.*

Hebr. 11.

2. Reg. 4.

Consideratio crucis animat animas.

In huius rei signum, vel figuram potius scriptum est, Eliseum Prophetam paludes & lacunas Hierichontinas natura inspidas, amaras, & à Prophetis ob amaritiam bibi nescias, sale iniecto dulcorasse, potuique aptas reddidisse. Sane tribulationum, & mundi huius aduersorum aquarum nimis, quam amaræ sunt & inspidæ, ac non sine impatientia ac quadam mentis amaritie obibuntur; verum si considerationis salis, & Crucis ac passionis Jesu Christi memoria iis iniiciatur, ilico dulcescunt, & cum gaudio consolatione, animique incunditate suscipiuntur. Tam funestæ cruentæque passionis exemplum, animum vniuscuiusque emollit, & mollissimos, impatientissimos, ac morosissimos quosque indicit & animat, vt etiam ad grauissimos quosque fortunæ impetus, qui in vitæ huius stadio in hominem incurunt, intrepide excipiendos se parent.

Hæc igitur sancta & venerabilis crux, piæ sanctæque animæ numquam memoria nostra excidat, eam semper in animo, & in mente habeamus, nec ab oculis vniquam eam abesse patiamur. Cum per eam vita donati sumus, vitam illi vicissim nostram, facultates & omnes fortunas impendamus necesse est. Agnoscens olim Psalmographus, quibus Deo deuinctus esset ob recepta beneficia omnibus, sic apud eundem confiteretur: *In æternum non obliuiscar iustificationes tuas, quia in ipsis sanctificasti me.* Adipsum si-

milli in re & occasione repetamus, dicamus & omnes & singuli, eademque mentis animositate: *In æternum non obliuiscar crucem tuam pie Iesu Domine, quia in ipsa iustificasti me.* Vere inquam per eam vitæ participes facti sumus, per eam omnem beatitudinem accepimus, eius adminiculo in tribulationibus nostris robur & potentiam acquirimus, vt scribit Apostolus: *Verbum enim crucis pereuntibus stultitia est; his autem, qui salui sunt, Dei virtus, id est, robur quoddam diuinum.* Potentia quippe & virtus Jesu Christi in cruce sita est, eo quod per illam mundum ipse Patri irato conciliarit, omnigenamque orbi benedictionem compararit. Per crucem & in cruce Christum itidem cognoscimus. Quod & sponsa in Canticis inauit: quo enim loco vulgata versio præfert: *Sub arbore malo suscitauit*, alia quædam legit, *cognouit*, perinde ac si dicat: Numquam te, carissime mi, clarius perspicaciusque cognoui, quam in crucis arbore, ibi namque perspezi, & nimis quam euidenter cognoui, ingentem, quo erga nos afficeris, amorem, & extremum quo nostri redimendi mundique saluandi flagras desiderium.

1. Cor. 15.

Cant. 8.

Verissimum porro est, animarum nostrarum Redemptor, nulla te in re perspici, cognoscique, quam in cruce, melius. Tua perspecta potentia est, cum aquis visus es inambulare, morbos pellere, mortuos ad vitam resuscitare, demones in fugam agere, aliaque illustria miracula patrare. Sapiencia & scientia tua tum paruit, cum populum in deserto pauisti, in montibus docuisti, Scripturas exposuisti, tam illustres scitatusque parabolas proposuisti, inque Synagogis tam sublime de lege Mosæica disseruisti. Verum in cruce potissimum tuus eluxit amor & affectus, quo humanum genus prosequeris: ibi demum paruit, ecquis esses, quam ob causam mortem oppeteres, & quare patereris. Centurio tuam hic admiratus patientiam, conspicatusque te pro inimicis ac crucifixoribus Patrem rogare, te vt filium Dei agnouit: cælum, terra, clementia, & totus omnino orbis tua visa potentia, te vt creatorem adorant, &

Christus in cruce ab omnibus cognitus.

suam

suam prodigijs effectibus adorationem etiam quadamtenus patefecerunt, cœlum quidem deliquium solis patiendo, terra tremendo, elementa naturam aliam inducendo, & mundus vaiuersus demirando. Nos vero infinitum, quem erga nos tibi declarasti amorem, quæ nobis indidem comparasti bona, vitam denique, quam nobis acquisisti, notantes, verum te esse Redemptorem nostrum agnoscimus, ex toto te corde tibi adoramus, & omne tibi obsequium, cultum, officiumque, velut supremo Domino nostro, deferimus: tuamque diuinam crucem amplexi, & eodem quo te ipsum adorationis ritu prosequentes, quam humillime tibi supplicamus, vt, quemadmodum illa Redemptionis nostræ existit instrumentum & argumentum, scala tandem fiat, per quam in cœlos ascendamus: vbi æterna æternum gloria donemur ac persuemur, ad quam nos vnus in Trinitate Deus Pater, & Filius, & Spiritus sanctus perducere dignetur, Amen.

IN FESTO S. MATTHÆI  
APOSTOLI ET EVANGELISTÆ.

Partitio.

1. De efficacia verbi diuini.
2. De homine sedente in telonio.
3. De illis verbis: sequere me.
4. De vocatione S. Matthæi eiusque sequela.
5. Cur Binemius & Publicanus.
6. De subita illius conuersione.

Vidit Iesus hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine, & ait illi: Sequere me. Matth. 19.

FIGURA.

Pharaonis Egyptiorum regis filia, conspecto, dum quadam die propter ripam Nili inambularet Moysè puero fuscilla scitpea super aquas magno vitæ discrimine ex-

posito, inde cum auferti, periculo subduci, clanculoque educari iussit, educatumque & iam grandi ætate in filium adoptauit, & inter primarios regni Satrapas connumeravit. Fortunatus hic euentus fuit, & fors beatissima. Longe maior felicitas fuit, quod Redemptor noster Iesus, Rex Regum, dum per mandum quaritans discurret, conspecto paruum quemdam Matthæum nomine, publicanum ac vectigalium publicorum redemptorem, haud procul à mari Tiberiadis, æternæ mortis in discrimine agere, inde eum educit, ad sortem beatorem vocat, inter Apostolos cooprat, atque inde in primos Ecclesiæ suæ principes assumit. O bonitas admirabilis! o noua vocatio! quam vt eiusque partes intelligatis, cœlum sollicitemus necesse est, gratiam inde deuocaturi, & solitum Deiparæ patrociniū interponamus; quam idcirco cum Angelo Gabriele salutemus, dicendo:

AUE MARIA.

Miros verbi Dei admirabilis effectus, & opera insignia olim demiratus meditando Plalmographus, verbum id esse ait virtute plenum & magnificentia, *Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia.* Virtutem illi adscribit, quod peccatoribus conuertendis peraccommodum sit; magnificentiam vero illi comitem adiungit, eo quod insignem Deo afferat gloriam, eiusque potentia amplitudinem magnificet, & infinitis modis exaltet.

In ipsum prope subiectum incidens Esai. 59. faias Propheta, mundoque verbi diuini virtutem, & prodigiolos quos in animis mortalium producturum esset effectus à Christo Domino iam olim annuntiantum, representans, cum aliis plurimis variisq; de rebus egisset, ita tandem capiti finem imponit, *Pro saluanda ascendet abies, & pro virtute crescat myrtus.* Verbum Dei illi magnam pacis gloriam.

Cccc pro